



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Testamentis. Consilium CCCLXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

Cui assertioni & testificationi, consonat tenor
dispositorum in eodem testamento; qui cum sit
honestus; nihil à prudentis hominis consilio alie-
num continens, aperte arguit testatricem integrâ
mente, & pleno iudicio fuisse, *Bart. in l. 2. n. 4.*
De testam.

12 Quæ quidem omnia minorem dubitationem
habent; ob id, quod domina telatrix per modum
anticipata successione postea ex longo inter-
vallo sex annorum omnia immobilia & ha-
reditaria sua bona his suis quatuor institutis ha-
redibus donaverit, possessionemque eorum in eos
per constitutum, seu retentionem usufructus
transfulerit. *l. quisquis l. Si quis argentum §. sed si
quidem C. De donat.* Hujusmodi enim possessionis
traditio, quamvis civilis & commentitia vide-
atur, veræ tamen & realis traditionis effectum
habet, *ri. a. quæ. de iure censur. possessor. t. Par. no. 4. &
nos. non aliter, quam si meo nomine alicui me
procuratori, aut cui ego iussero res tradita sit, l.
Generaliter. l. Quod meo in prin. §. si venditorum. Di.
acq. poss. l. Ita ut si quis defectus esset in testam-
to prefat. Mecheld is (procurator non) is omnino
quoad incommutabilem acquisitionem horum
bonorum per hanc donationem expurgatus esset.
Concludendo itaque existimo, nihil periculi esse
liberis prioris theori Gerardi, ex quibuscumque
allegationibus ac machinationibus liberorum
seculi nostri emulæ Gerardi: omniaque Mecheld*

Conf. Wames. Tom. II.

De Testamentis.

S V M M A R I V M.

Testamentum fatui.

1. *Fatui testari potest, non mente captus.*
2. *Euriosi testamentum prudenter confectum, an valeat.*
3. *Fatui datus curator, perinde habetur, ac si mente capto datus esset.*

CONSILIVM CCCLXXIX.

Habet proposita quæstio nonnihil difficultat-
is, si alterum eorum, quæ in sacro proponun-
tur, remoueat; hoc est, si Golvinius mente
captus verè non fuerit. 1. Nam quomodo
captus à furioso non distet, l. 2. de inuicis. testam.
l. furiosi, C. de iurpign. l. 1. Tam. dementes. C. de
Episc. audientia. idque testamenti facienti non
habeat, l. 1. Furiosus. C. Qui testam. fac. poss. Gloss. in
C. item furiosi. Insist. Quib. non est permittum sac. testam.
in facio tamen & simpliciter aliud volens constitutum
Doctores, in d. l. Furiosum, loqu. habet, in S. prae-
reca. Insist. De. testam. cornicu. consil. 22. Vbi nonnulli
nu. 6. vol. 4. ut scilicet testamentum facere possit,
& inter vivos bona sua alienare, cornicu. consil. 2. 19.
Iacet. videatur nu. 4. vol. 1. paulus parisi. consil. 88.
Viso pro casu vol. 3. quia scilicet aliquam mentem
habet, quod sufficit.

Neque enim ad hos actus extrema animi perfectio & vigor requiritur, l. Si frater C. Qui testam. 2
fac. possunt, Decius in d. l. Furiosum. nu 18. * De
quo nihil dubitandum esse censent plerique, si ipsa
dispositio seu abalienatio conformis sit voluntati

& iudicio hominis sanæ mentis, *Alex. m. d. l. Furiosum nu. 2. Vsq. adeo, ut etiam ab eo, qui ante & post verè furiosus fuit, conditum testamentum valere putetur, si ipsa dispositio prudens, consultâ, ac rationabilis est. Exemplo illius, quod de testamento Tuditani furiosi refert Valerius Maximus, lib. 7. cap. 8. Alex. conf. 141. Ponderatus nu. 1. vol. 1. quasi scilicet in intervallo cessantis furoris huiusmodi testamentum conditum, aut actus celebratus sit. Exemplum cuius constituitur, si testamentum conditum sit ad pias causas, *Alex. in d. l. Furiosum nu. 2. & in d. conf. 141. nu. 1. in fine.* sic quod hac consideratione ac fatuitate & simplicitate dicti Goswini, non videatur satis commodè infringi posse præacta donatio.*

Verum quia ex his, quæ proponuntur, apparet Goswinum mente captum magis, & pro tali communiter reputatum fuisse; vero propius est dicere, huiusmodi donationem profusa viribus carere, & per insidias ac cupiditatem dictarum Sororum potius, quam proprio motu aut sano consilio dicti Goswini extortam fuisse. Demonstrat etenim id subsequens ac posterior responsio; quæ à totorum bonorum legato ad quadraginta florenos annuos recessum est; idque ad interrogationem earum, quæ prioris donationis auctores fuerant, eandemque priorem donationem suspectam habebant; sic quod ex eadem causa utrumque hic vitari debeat: præsertim quod utrumque dispositum sit in ipso Conventu, absentibus his, qui Goswinum sanguine continebant, & quorum consilio ac curâ res ipsius administrabantur. Ita quod parum prodesse debeat ipsius dispositionis materia & causa; hoc est, quod pro eleemosyna & anniversario primum omnia bona, deinde quadraginta florenos annuos reliquerit. Nam forma ipsa, & duarum dissimulatum dispositionum coniunctio evidenter demonstrat, alieno potius, quam proprio iudicio, ac voluntate ita dispositum fuisse. Et quamvis infanti hominis non sit, in pios usus etiam omnia bona alienare; præsertim per speciem ultimæ voluntatis: tamen in homine fatuo, stupido & simplici, insanæ mentis & deficientis iudicii luculentissimum argumentum continet tam exorbitans ac profusa omnium bonorum donatio; præteritis his, quos propinqua sanguinis coniunctio ad successionem vocabat, *l. Fratres C. De inoff. testam. l. 2. D. eod. tit.* eadem donatione auctoribus ipsis displicente: sic quod rem ex conditione personæ, forma, ac materia examinando, verius esse videatur, Goswinum sic testando, non sanæ, sed insanæ mentis argumentum prodidisse. Cui non abimile est, quod idem Goswinus in vita aliquando fecit; erogatis omnibus, quæ ad manum habebat, in pauperes, uti proponitur.

Quæ quidem resolutio, ac decisio hic indubitata effici videtur ex eo, quod Goswinus rerum propriarum administrationem nulla prorsus tempore dictæ donationis ac multis annis antè habuerit, sed in cura ac gubernatione fratris continuè fuerit. Huiusmodi enim cura & gubernatio arguunt eum fuisse mente captum. Patet enim seu simplici cum curator aut gubernator datur, censetur dari & ut tamquam mente capto, sic quod ipsa datio & guber-

natio arguat illum mente captum fuisse, *Angel & Salices. in l. Cum te C. De probat. Alex. conf. 92. Viso & oportune discusso vol. 8.* Cui consequens est, ut licet fatuus seu simplex testamentum facere aut donare possit; non possit tamen idem, si est in cura seu gubernatione alterius: uti eleganter hunc articulum resolvendo decidit Decius, *m. d. l. Furiosum nu. 11.* In eâ itaque opinione sum, meliore iudicio semper salvo, quod neque prior universalis, neque posterior particularis donatio jure subsistat: quamvis pietatis & commiserationis ergo existimem à boni piique viri officio alienum non facturum Domicellum Ioannem Meerssen fratrem & heredem, si dicto Conventui eleemosynam cum iudicio moderatam adiciat, & in locum inutilis & inconsultæ donationis per fratrem factæ substituat.

De Testamentis.

S V M M A R I V M.

Testamentum imperfectum.

1. Testamentum non est scriptura ad testandum præparata.
2. Testes in testamento necessarij sunt.
3. Testamentum non publicatum nullum est.
4. Scriptura patris inter liberos non publicata non valet.
5. Testamentum imperfectum quando effectum habet.

CONSILIUM CCCLXXX.

MANIFESTISSIMUM simul & indubitatum est, ex eâ scriptura, quæ ad testamentum faciendum parata fuit, si nullo jure testamentorum perfecta fuerit, non valere; & ne quidem ea, quæ per fideicommissum in ea scriptum relicta sunt deberi. *Ex ea scriptura De testam.* Cui consonat quod dicit Vlpian. *in l. fideicommissa §. 1. Delegat. 3.* quod quoties qui exemplum testamenti præparat, & prius decedet, quam testetur, non valeat, quasi ex codicilli, quæ in eo exemplo scripta sunt; licet fideicommissi scripturam habeant. *l. Cum 2.* ergo post mortem Adriani Piel in illius domo seu capsa inventa sit charta quædam illius manu scripta, quam suum testamentum appellat, & in qua legitimos suos hæredes quorundam legatorum præstatione onerare voluisse videtur, dicendum est, illam neque jure testamenti, neque codicillorum, aut alterius ultimæ voluntatis valere posse: quia est imperfecta ob omisam adhibitionem testium, quæ ad perficiendum confirmandumque testamentum necessarij requiruntur, *l. Si quis ita scripserit de reb. dubijs.*

Quinimodò Sahiectus, *in l. Hac consultißima §. ex 3.* imperfecto *C. De testam.* tractans eam, quæ hic proponitur, facit speciem de eo, qui testamentum suâ manu scripsit, illudque neque lectum coram testibus, neque aliâ publicatum in capsa reponit, dicit huiusmodi testamentum omni imperfectionis genere laborare, tam ratione voluntatis, quam omisâ solemnitatibus; ideoque ne quidem si à patre inter liberos factum esset valere.

Et quamvis plerique alij sequuti Bartolum, *in 4. l. Si is D. De testam.* existiment jure singulari huiusmodi scripturam valere inter liberos; extraneis tamen